

translata est. Sanctissimo¹ igitur rege — — ipsius sanguine cruentat. At ipse vulnere Christi non immemor, que pro nobis passus est, beato Benedicto fratre suo carnali et certaminum collega — — amplexato — — de presenti seculo Christi palacium perpetuo pausurus intravit. Egregia² namque vicissitudine mortuo pro se Domino beatus Kanutus mortis triumphum obtulit, purpuratusque proprii sanguinis ostro stolam suam dealbavit in sanguine agni³.

*f. 13v. Constantissimi⁴ vero milites rege interempto — * — (Benedictum) per membra secatum relinquunt. Et⁵ cum emisisset spiritum, martirii consecutus est premium. Se-

*f. 14r. datis⁶ itaque prememoratis — * — terre matri commendant. Remunerator autem omnium bonorum, Christus Iesus, diligentibus se bona preparans innumerabilia, que oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit⁷ etc., beatissimi regis et martiris Kanuti pariter et fratris ipsius sancti Benedicti ducis meritis et precibus miraculorum signa multiplicat.

7. Erat enim quidam Esbernus nomine in Fyonia⁸ natus, qui ab infancia pedum gressus non noverat, sed cruribus retortis, poplitibus reflexis, sure coxis, plante clunibus adherebant. Gibbosus eciam, capite in terram demisso, brachiis et genibus quadrupedum gerens similitudinem reptitabat. Hic in ecclesia sancti Kanuti orans devote in vigilia ipsius sancti martiris, choro in horis vespertinalibus hoc⁹ responsorium¹⁰ inchoante: 'Iustum deduxit Dominus per vias rectas'¹¹, spinalibus erectis, gibbo adnichilato, cruribus extensis, ordinante¹² benignitatis ubertate beati regis Kanuti sanitatem recepit. Hunc vidi ordinatum et missam de beato Kanuto dicentem audivi ego ipse, cuius manus dextra vobis hec scripsit legenda.

8. Alium eciam vidi simili modo contractum cruribus reflexis brachiisque eodem modo replicatis totam Fioniam¹³ triginta annis et amplius reda circueuntem, qui omnibus

1) 'Sanctissimo — cruentat' aus Ailn. cap. 28, S. 120, l. 11—14.

2) 'Egregia — agni' nicht bei Ailn. 3) Apoc. 7, 14: 'Hi sunt, qui ... laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni'.

4) 'Constantissimi — relinquunt' mit Veränderungen und Auslassungen aus Ailn. cap. 28, 29, S. 120—125.

5) Dieser Satz nicht bei Ailn.; er zeigt aufs neue die Bestrebungen der dänischen Geistlichkeit, den vom Papst nicht kanonisierten Benedikt als Märtyrer hinzustellen.

6) 'Sedatis — commendant' aus Ailn. cap. 30, S. 127.

7) 1. Cor. 2, 9. 8) 'Syonia' Hs.

9) 'hunc' Hs. 10) Nicht bei Chevalier, Repertorium hymnologicum.

Sap. 10, 10: 'Iustum deduxit per vias rectas. 11) 'rtas Spnia huius erecti' Hs.

12) 'ordinate' Hs. 13) 'fiontam' Hs.